Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sanctorum martyrum Sarturi Saturini fratrum

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

faciesque decora caesariem rapidi furoris insaniam
inter exquisita membrorum tormenta ridere &
quotiens credo inter urguentes minas & fiducius
confitentur vox caelestis adorationes [illegible]
quotiens adhibentibus lictoribus faces ignis testi
ficatur uim diuinae lucis exclusit. Intellegi sine
dubio potest quanta mirabilia illa tempestate
sint facta quorum prodi in posterum gesta
generalis stupauit mundi. Fecit quippe secre
te ad socios suos iudicem temporis illius sic locutum.
Audite si tollere non ualimus ipsi ineffabilia mi
racula & quae uix credere nolumus horrentes
excipimus auribus nostris constituentis linguae
contumeliose conuitia. aspeximus fortiores tor
tos fuisse tortoribus. & quamuis sedis principu
niorum [illegible] tormenta ferremus compa
[illegible] tamen crudelitatis rubore cessauimus. lu
cremur salutem inrisionem temporis post futuri.
Nulla hoc aetas leges uoluminis nulla conscri
uent [illegible] fides talium quam armetur
exemplo. necdum sic gloriam [illegible] uirtu
te magnificent. Habet aliquid persecutae
mi lucrum. si hoc actu consumat incendium.
Quid tibi prodest [illegible] exultare
gentilitas. noluisti nos scire quid credebamus
manet incorrupta fides sanctorum. & si memo
ria est sepulturam dm quae per nosse sit cuncta
semper potuisse. Illud sane quod post dictam
sententiam capitulem [illegible] plauderent
excepit. subtrahere fraus inimica non ualuit.
ferunt namque euntes ad consummationem deuotione
locum premia futuri muneris ad caelum signi
misisse. ab uno orarium. ab alio anulum obse
quenti [illegible] clauum fuisse. Itaque mu
nera [illegible] specie uerum aestimari uolue
re procelsa. dni sedes flaui portantem susce
pit. ambonis geminis [illegible] fercula liben
ter amplexos. unum quod esse fidei signum
[illegible] fauoris indicium. salutare xpi [illegible]
salutet [illegible] nobile & hec honoris debiti festa sol
lemni laetitia con caelestis misit & hanc ergo
diem gaudiis exultantibus celebrare numquam uo
as serenatis impediret. seuitum consortio hominum
non esse destinaui sollicitudo aut quod sollicitudi
ne peius est circum [illegible] barbaries est. hoc est quod
sequuis auferre non potuit inimicus. Sacrorum tam
tos corporum & adornandi sanguinis impressa
uestigia hic ubi se iussit arbitratus est consecrauit
& quidem hec omnia luculentis aliorum sermonibus
adornanda fieri sufficit testes eloquentissimi ho
minum operibus inspirati nisi qualibet humilem
oblationem parui muneris reseruassent obsequiis
sacerdotes. Auxiliante deo patre omnipotente
cum xpo filio suo qui uiuit & regnat in unitate
spiritus sancti in saecula saeculorum. amen

INCIPIT PASSIO SCORUM MARTYRUM SATURI SATURNINI FRATRUM REUOCATI FELICITATIS SORORIS EORUM ET PERPETUAE QUOD EST NON MARTIAS

Facta itaque persecutione sub ualeriano &
gallieno comprehensi sunt uiri iuuenes
saturus & saturninus duo fratres. reuocatus & fe
licitas soror eius. & perpetua quae erat de nobili ge
nere. quae habebat patrem & matrem & duos fratres
& filium ad mamillas. annorum enim erat illa xxii.
apud affricam in ciuitate tuburbitanorum. ami
nutio proconsule comprehensi sunt. quo die ad eos
Inuictissimi principes ualerianus & gallienus iusse
runt ut sacrificarent. saturus respondit. hoc nos
non sumus facturi. xpiani enim sumus. Procon
sul iussit eos retrudi in carcerem. siquidem boni erat
preterita. Audiens enim pater perpetuae eam esse
comprehensam cucurrit ad carcerem & uidens eam
dixit. Quid hoc fecisti filia. dehonestasti nomen
generationis tuae. numquam enim de genere nostro
aliquis missus est in carcerem. Perpetua uero dixit
ad eum. Pater. ille respondit. quid est filia.
perpetua dixit. Ecce uerbi gratia uides uas la
centem. aut fictile. dicitur [illegible] generis.

At ille respondit. Video quid id hoc. Perpetua dixit.
Numquid aliud nomen potest habere quam quod est?
At ille respondit. Non. Perpetua dixit. Sic nec ego
aliud nomen possum accipere, quam quod sum xpia-
na. Tunc pater eius conturbatus, audito hoc ver-
bo irruit super eam volens oculos eius eruere. Et ex-
clamans confusus egressus est foras. Orantibus
vero eis sine cessatione, cum essent multis diebus in car-
cere. Saturus diaconus fugitivus confortabat eos
et timorem futuri iudicii, et amorem nominis xpi
sensibus eorum inserebat, ut nec presentia cupe-
rent. Seculi et vitae ardentius festinarent. Quorum
mentibus tantus amor fidei tribuebatur, ut quidam ipsi
se cohortatione mutua. ad martyrii incitarent pal-
mam. nec diffidentia nulla aderat de conscientia,
cum perfectio cognosceretur in opere. Quadam
nocte videns visum sancta Perpetua alia die retule-
sit commartyribus suis, dicens. Vidi in visu
in hac nocte scalam aeream mirabili altitudine
usque ad caelum. angusta erat. Ita ut non nisi unus per
eam ascendere posset. Dextra vero laevaque inherebant
fixi cultri et gladii ferrei, ut nullus circa se nisi ad
caelum respicere posset. Subter vero iacebat draco cru-
entissimus ingenti forma, ut pro metu eius aliquis
ascendere formidaret. Vidi autem ascendentem
peruenisse Saturum usque ad summum. et respicientem
eum ad nos et dicentem. Ne vereamini hunc draco-
nem quem videtis. Confortati ergo in gratia xpi. as-
cendite et nolite timere, ut mecum partem habe-
re possitis. Vidi autem iuxta scalam hortum ingen-
tem copiosissimum et amoenum. Et in medio horto
sedentem senem in habitu pastorali et mulgentem
oves. circumstantes vero multitudinem candida-
torum. Et respiciens ad nos vocavit, et dedit
nobis omnibus de fructu lactis. Et cum accepissemus, tota
turba candidatorum respondit. amen. Et sic pro
clamore vocum. iam expergefacta. Deuenit ille q
cum hec audissent, gratias agentes insufficienter
domino. cognoverunt se de revelatione beatissime
Perpetue ad martyrii coronam dignos esse effec-
tos. Post hec vero procedens Minucius proconsul

et sedens pro tribunali eos exhiberi precepit. Dixitque ad
eos. Sacrificate diis, sicut iusserunt perpetui principes.
Saturus respondit. Deo magis oportet sacrificare quam ido-
lis. Proconsul dixit. pro te hoc quid respondis, an pro om-
nibus. Saturus dixit. pro omnibus. Una enim in nobis est
voluntas. Proconsul ad Saturninum et Revocatum
et Felicitatem et Perpetuam dixit. Vos quid dicitis? At
illi responderunt. Verum est, unum gerimus volunta-
tem. Proconsul iussit viros a mulieribus separari et
ad Saturum dixit. sacrifica iuvenis. Et noli te meliorem
quam principes esse iudicare. Saturus respondit.
Meliorem me iudico esse. apud deum verum princi-
pem presentis et futuri seculi. si conluctando pati
meruero. Proconsul dixit. Suade tibi et sacrifi-
ca iuvenis. Saturus respondit. Hoc ego non sum
facturus. Proconsul ad Saturninum dixit.
Sacrifica vel tu iuvenis, ut possis evadere. Sa-
turninus respondit. Ego xpianus sum. Et hoc fa-
cere mihi non licet. Proconsul ad Revocatum
dixit. Forte et tu sequeris voluntatem eorum?
Revocatus respondit. Eorum plane propter
dominum sequor desideria. Proconsul dixit. Sacrifi-
cate ne vos [illegible]. Revocatus respondit.
Dominum oramus. ut hoc mereamur. Proconsul
vero eos removeri precepit. Felicitatem et Perpetu-
am sibi offerri iussit. Et ad Felicitatem dixit.
Quid dicis? Respondit Felicitas. Pro-
consul dixit. Virum habes? Felicitas
respondit. Habeo. quem nunc contempno.
Proconsul dixit. Ubi est? Felicitas respondit.
Non est hic. Proconsul dixit. Quod genus est?
Felicitas respondit. plebeius. Proconsul dixit.
Parentes habes? Felicitas respondit. Non habeo.
Revocatus vero conservus meus. Verum-
tamen ab istis maiores parentibus habere non
potero. Proconsul dixit. Miserere tui puella,
[illegible] ut vivas. Maxime quia te in-
fantem in utero habere video. Felicitas
respondit. Ego xpiana sum. Et hec omnia
mihi propter deum contempnere preceptum est.
Proconsul dixit. Doleo enim de te. Consulo tibi;

felicitas respondit. fac quod uis. mihi enim persua
dere non poteris. proconsul ad perpetuam dixit. quid
dicis perpetua. sacrificas. perpetua respondit. christia
na sum & nominis mei sequar auctoritatem ut sim
perpetua. Proconsul dixit. parentes habes.
Perpetua respondit. habeo. audientes uero paren
tes eius pater & mater & fratres & maritus.
simulque cum paruulo eius quem ad lactem ue
nerunt cum essent de nobili genere. & uidens eam
pater eius stantem ante proconsulis tribunal.
cadens in faciem suam dixit ad eam. filia non
iam filia. sed domina. miserere aetati meae pa
tris tui. si tamen mereor dici pater. miserere
matri tue que te ad talem florem aetatis per
duximus. Miserere fratribus tuis. & huic in
felicissimo uiro tuo. certe uel paruulo huic
qui post te uiuere non poterit. depone hanc
cogitationem. Nemo enim nostrum post te ui
uere poterit. quia hoc generi meo numquam
contigit. Perpetua uero stabat inmobilis
respiciens in celum dixit ad patrem suum:
pater noli uereri. Perpetuam enim filiam
tuam si non abstuleris. Perpetuam filiam
possidebis. Proconsul dixit ad eam. Moue
ant te & stimulent te ad dolorem lacrime parentum tuo
rum. preter ea uoces paruuli tui. Perpetua respondit.
Mouebunt lacrime eorum si a conspectu domini
& a consortio horum sanctorum. Cum quibus
uisionem meam fructibus fratribus bonissima
copulata fuero inueniar aliena. Pater uero
eius iactans infantem in collum eius. & ip
se cum matre & uiro tenentes manus eius
& flentes osculabantur dicentes.
Miserere nostri filia. & uiue nobiscum.
At illa proiciens infantem. eosque re
pellens dixit. Recedite a me operarii
iniquitatis. quia non noui uos. Non
enim potero maiores & meliores uos
facere quam dominum. qui me ad hanc glo
riam perducere dignatus est. Uidens
uero proconsul eorum perseuerantiam

data sententia. saturum. saturninum. & reuo
catum flagellis cesos. felicitatem & perpetuam
& alapis caesas in carcere recipi precepit. Ut in
cesaris natale ad bestias mitterentur. & cum
essent in carcere. iterum uidit uisionem perpe
tua. Egyptium quendam horridum & nigrum
iacentem & uolutantem se sub pedibus eorum.
retulitque sanctis fratribus & commartyribus
suis. At illi intellegentes. gratias egerunt deo
qui pro strato inimico generis humani. eos
ad laudem martyrii dignos habuerit.
Contristantibus uero eis de felicitate quod
esset pregnans in mensibus octo. statuerunt
uero unanimiter prosternentes ad dominum fundere.
& dum orarent. subito enixa est uiuum. Quidam
uero de custodibus. ait ad eam. quid facturus es cum
ueneris in amphiteatro de talibus tormentis.
Felicitas respondit. hic ergo crucior. ibi uero dominus [illegible]
pro me patietur. facta itaque die natalis cesaris.
concursus ingens fiebat populi in amphiteatrum.
ad spectaculum eorum. procedens uero pro
consul. eos ad amphiteatrum produci precepit.
Euntibus uero eis sequebatur & felicitas. que &
sanguine carnis ad sanguinem salutis ducebatur.
& ab obstetrice ad gladium. & delauatione post
partus balnei sanguinis effusionem meruit dela
uari. Adclamante uero turba. positi sunt in me
dio amphiteatro nudi. ligatis post tergum
manibus. & dimissis bestiis diuersis. saturus
& perpetua a leonibus sunt deuorati. saturninus
uero ab ursis erectus gladio est percussus.
reuocatus & felicitas a leopardis gloriosum ago
nem impleuerunt. horum ergo famosissimorum
& beatissimorum martyrum sanctissime fratres qui
passi sunt sub ualeriano & gallieno imperatoribus
apud africam in ciuitate tuburbitanorum. sub minutio
proconsule die nonarum martiarum fideliter
memoriis eorum communicantes & actus eorum
in edificatione legentes precemur ut et nos
orationibus eorum & omnium sanctorum nostri miser
eatur atque participes eorum effici dignetur

in laudem & gloriam nominis sui. quod est benedictū
in s(e)c(u)la s(e)c(u)lorum. amen.

INCIPIT PASSIO · lxx · SC(AN)ORUM · DONATI · ADUOCATI · QUOD EST · III · IDUS · MARTII ·

Si manifesta persecutionum gesta non otiose con
scripta sunt. nec inconsulte in honore martyrū
& edificatione credentium. anniuersaria sollemnitate
releguntur. cur non magis subdole fraudis & blandę
deceptionis insidię conscribantur pariter & legantur
quę sub optentu relegionis animas fraudulentię circū
uentione subuertunt. magis enim necessarium in
structio illa est ubi professa hostilitas non est. quia
hostilis societas ad decipiendum & facilis & proxima est.
& inimici inquid hominis domestici eius. Ideo alie
num ab officio relegionis & pietatis erit non solum
martyrum glorias inuida quodammodo taciturnitate
conprimere. sed ei patrocinante silentio decepta
rias subtilitates celare. Quod siluatur est enim tam
periculose taceatur prudentibus. quam inutiliter
a simplicibus ignoratur. Quo quidem ut facile est
in eautos appellationem no … minis xp(ist)i
a fallacibus decipi. ita necesse … fingere
nomen. ministros anti christi prodictione. Ergo lu
porum latentium sub ueste ouium ut liberentur
instructi qui imperitia fallebantur. ut contumaces suo
uitio pereant sine culpa & periculo predicantium xp(ist)ia
norum causis ergo repetendi que gesta sunt & utilitatis
& iustitię plena sunt. quia & fideles commemorando
corroborant & rudes quos q(ue) extollerant in tempta
tionum instigat & inimicos detegendo condempnat.
Predicet ergo patientissimam filiorum suorum fidem
pia mater (ecclesia). recognoscat. & fructum operis sui latro
num crudelissimorum spelunca. Ergo iam ueniamus
ad causas. Res apud kar tagenem gesta est cecilianus
eudon. p(re)sule tunc instantem. assentiente leontio co
mite duce ursatio marcellino tunc tribuno. sabulin
te diabulo tamen omnium istorum consiliario &
isterente primo & enim ut in ueterato draconi
mores est insitus quasi non ipse iam dudum p(er)secutione
manifesta xp(ist)iani nominis inpugnator extiterit. ut eos
quos aperta persecutione superare non potuit. callida
fraude circum uenire molitus est. Ut eo facilius deceptio
proderet. quod deceptionis auctor lateret. & sed quibus
precepta diuina semp(er) sunt arma uictricia. tam blan
dientes intellexerunt insidias quam minas. tunc seuien
tes territi non sunt. At ubi ergo nec blando (dicto) cautos
uigilantesq(ue) fefellit. sciens inuidus artifex illos quoq(ue)
quos iam dudum publica strage deiecerat. ad
eum quem negauerunt reuerti p(er) penitentiā
posse. ipsumq(ue) donum ad suscip(i)endā dolentium
exomologesin promptas. utpote nolentē mortem
morientis. quantum uiue uertatur & uiuat.
Mentes quas in prelio tormentorum metu subegit.
blandimentis aduersus tempore pacis erexit.
ut oblita humilitate qua sola possent iram d(e)i indig
natis mitigare. insinuatq(ue) sup(er)bia qua certissime
sciuit d(omi)n(u)m grauius offendi posse. & ne relapsos in
licite rursus honores ecclesiasticos usurpantes.
quam tunc tenuerant sacramentorum cęlestium
desertores tamdeorum falsa professione nunc le
tus quam inbecillitate fidei nup(er) gauisus. Immo se
curior modo cumque (e)pi(scop)i uel xp(ist)iani dicuntur.
qui tunc cum nominis negidone ruerunt. Tanti
inimicos habens ibi nomine nuncupari suos dū mo
do tale fraude totius etiam dixi muse teneat q(uo)d
falsa appellatione ludificat. Non solum oblectans
inani gloria miseros sed & regales amicitias muneribq(ue)
terrenis circum scribens auaros. Tamen insaciabilis
predo moleste ferens. quod non omnes hac arte per
sederit subtilius argumentum ad uiolendum fidei
sinceritatis salutis inuenit inimicus. Xp(istu)s inquid
amator unitatis est. Unitas igitur fiat. ante minus
plebem sibi semp(er) obsecutam. hoc eoq(ue) adeo desertum
catholicam uocant de p(er)ditio nominis qui eo com
municare noluerunt heretici dicerentur. Mitti
te pecuniis quibus uel fidem caperet. uel profes
sionem legis occasionem faceret uarietas.
sed cum his omnibus inlecebrantib(us) temptamen
tis frigidus atq(ue) inflexibilis tenor iustitię